

„mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat
„Eccleſiam, nullo pondere peccati gravatur.

VII. Addit nihilominus Innocentius III. in citata decretali: „Si tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu
„abſtinere, devotionem earum non credimus impro-
„bandam.

Unde & hodie mulieres ſive ex quadam erga Eccleſiam ac Divina myſteria, qua in ipſa peraguntur, veneratione, ſive exemplo Divae Virginis, qua ex humilitate legi ſe ſubdidit, cui non erat ſubjecta, etiam conſueverunt ad tempus aliquod ab ingreſſu Eccleſiae abſtinere; nec in eam intrare, niſi ſe Sacerdoti praſentaverint, & ipſe precibus aliquibus praemiſſis introduxerit, juxta ritum praſcriptum in modernis Ritualibus ſub titulo: *Ordo introducendi mulierem in Eccleſiam poſt partum.*

VIII. In Synodo P. II. Mechlinienſi tit. 3. c. 8. dicitur: „Puerperae, cum à puerperio domum exeuntes ſe ad Ec-
„cleſiam contulerint, à proprio Parocho juxta probatiſſi-
„mam Eccleſiae conſuetudinem purificentur.

Hac Synodus patenter ſupponit, ritum hunc purificationis in Eccleſia Parochiali, atque à proprio Parocho eſſe celebrandum; quod & generalis Belgii conſuetudo confirmat; atque Sacra Congregatio Cardinalium nuper probavit.

IX. Cum enim in civitate Antverpienſi nonnulli Regulares in ſuis Eccleſiis mulieres ad purificationem poſt partum admitterent; ac ea de re Paſtores civitatis illius ad Sacram Congregationem querelas detuliſſent, prodit ſententia hujus tenoris.

„Conquerebantur Parochi civitatis Antverpienſis quod
„non obſtante contraria conſuetudine, nec non Conſtitu-
„tione Synodi Provincialis, per Sacram Congregationem
„recognita, & per Sedem Apoſtolicam approbata, Regu-
„lares Mendicantes functionibus Paſtoralibus ſe immiſ-
„ceant & praſertim audeant in ſuis Eccleſiis mulieres poſt
„partum ad purificationem admittere: addebantque, à
„Domino Epifcopo Antverpienſi, utpote Regulari, hu-
„juſmodi praſudicis per Regulares, illatis minimè con-
„ſuli. Quare ab Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſubſidium,
„ac tutelam ſuppliciter petentes, querebant: An praedictis
„Regularibus civitatis Antverpienſis liceat in propriis Ec-
„cleſiis mulieres poſt partum ad purificationem admittere.

„Die XVIII. Novembris M. DC. LXII. Sacra Congre-
„gatio Eminentiffimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii
„Tridentini Interpretum, utraque parte audita cenſuit,
„praedictis Regularibus civitatis Antverpienſis non licere,
„Signatum I. Epifcopus Sabinenſis Card. Sacchetti Prae-
„ſes, & C. de Vechius Ep. Cluſ. S. R. C. Secret. & à latere
„impreſſum erat ſigillum praefati Cardinalis Praſidis in
„rubro pane.

X. Hac ſententia ex mandato Epifcopi Antverpienſis publicata fuit, ac per publicum programma locis conſue- tis affixa 20. Novembris 1663. per Petrum Van den Perre tunc Epifcopi Officialem; una vigore authoritatis ſibi

Additamenta ad Tit. 2. cap. 5. num. 9.

Decretum S. Congregationis pro jure Parochorum in purificatione mulierum.

Petrus van der Perre, Jurium Licentiatuſ, Canonicuſ Eccleſiae Cathedralis, & officialis Antverpienſis, uti Commiſſarius & Executor ad infraſcripta à perilluſtri & Reverendiſſimo Domino Epifcopo Antverpienſi, commiſſus, ac ſpecialiter deputatus, omnibus & ſingulis hujus Dioceſis ſubditis, quos infraſcriptum tanget negotium, ſalutem in Domino.

Cognitum ſit univerſis: quod ex parte R. R. DD. Plebanorum praefatae Cathedralis Eccleſiae, & Paſtorum Eccleſiarum ſub alternarum hujus urbis nobis exhibitus ſit libellus ſupplex, quo petierint, quatenus juxta commiſſionem nobis impartitam à praefato Perilluſtri ac Reverendiſſimo Domino Epifcopo die decima quinta Aprilis currentis anni 1663. publicato, ac debita executioni demandare dignemur ſententiam quam praefati Domini Plebani & Paſtores die decima octava Novembris anni 1662. obtinuerunt à Sacra Congregatione Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, contra Regulares Mendicantes hujus urbis, tenorem qui ſequitur ſequentem.

IN ANTVERPIENSI [Epifcopatu]

„Conquerebantur Parochi civitatis Antverpienſis, quod, non obſtante contraria conſuetudine, nec non Synodi Pro-
„vincialis, per Sacram Congregationem recognita, & per Sedem Apoſtolicam approbata, Regulares Mendicantes func-
„tionibus Paſtoralibus immiſceant; & praſertim audeant in ſuis Eccleſiis mulieres poſt partum ad purificationem admittere
„addebantque, à Domino Epifcopo Antverpienſi, utpote Regulari, hujusmodi praſudicis per Regulares illatis minimè

„commiſſa, inhibens praefatis Regularibus, ne deinceps a-
„liquas mulieres poſt partum ad purificationem admittant;
„mulieribus autem puerperis injungens, ut juxta ſententi-
„am praemiſſam ad Eccleſias ſuas reſpectivè Parochiales
„pro purificatione ſe conferant, ut ibidem, juxta probatiſ-
„ſimam Eccleſiae conſuetudinem à proprio Parocho bene-
„dicantur.

XI. Quod hic à Sacra Congregatione declaratum fuit, etiam in Synodo II. Cameracenſi tit. 6. cap. 13. decretum fuerat hiſ verbis. „Prima vice qua mulieras à puerperio
„domum exeunt, juxta antequam Eccleſiae conſuetudine
„ad Eccleſiam rectè ſe conferant, gratias actura Deo pro
„beneficio puerperii, & ut à proprio Paſtore, ſeu ejus vicem
„gerente, & non ab alio purificentur.

XII. Sicut autem in feſto purificationis Dei paræ ſolent Fideles cereos accenſos in manibus portare, ita quoque mulier purificationem faciens, candelam accenſam in manibus habet.

Sacerdos introducturus mulierem porrigit ſtolam ex collo dependentem manui mulieris, dicitque: *Ingreſſe in templum Dei, & adora Filium Beatae Mariae Virginis, qui tibi ſecunditatem tribuit prolis.*

XIII. Ex hac formula, uti & ex precibus à Presbytero recitandis haud obſcurum, hanc mulierum purificationem ad exemplum purificationis Divae Virginis inſtitui; unde Paſtorale Mechlinienſe etiam monet, quòd ſi Miſſa celebratur, apuſſimè huic laudis officio congruat Miſſa de Purificatione B. Mariae, qua incipit, SVSCEPIMVS.

XIV. Omnibus ceremoniis ac precibus abſolutis, Sacerdos praebet mulieri oſculandam Crucem libri Sacramentalis, dicendo: *Domine det tibi ſuam pacem;* reſpondet Miniſter; *Et vitam aeternam.*

Inter oſculandum ſolet mulier nummum aliquem ipſi libro per modum oblationis imponere, qui in uſum Sacerdotis & Miniſtri, pro locorum conſuetudine, cedere conſuevit.

Hac oblatione imitari volente pia mulieres Chriſti parentes, de quibus legitur: *Et poſtquàm impleti ſunt dies purgationis ejus, tulit eum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: quia omne maſculum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vo abitur, & ut darent HOSTIAM ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturam, aut duos pullos colambarum. Lucae 2. v. 22.*

Circa has oblationes merito expendunt & obſervabunt Parochialesque Sacerdotes ea, quae circa oblationes in administratione Sacramentorum fieri conſuevas obſervanda notavimus.

XV. Paſtorale Mechlinienſe deinde monet: „Si conti-
„gerit mulierem ad verſa valetudine, certo tempore à pu-
„rificatione impediri, differatur purificatio, donec utcum-
„que reſtituta, in Eccleſiam ingredi poſſit, etiam ſi mortis
„immineat periculum, quia purificatio extra Eccleſiam
„facienda non eſt, neque ſubſtituenda alia mulier purifi-
„canda in locum deſunctae puerperae.

conſuli Quare ab Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſubſtitutum ac tutelam ſuppliciter petentes querebant: An praedictis Regularibus civitatis Antverpienſis liceat in propriis Eccleſiis mulieres poſt partum ad purificationem admittere.

Die XVIII. Novembris M. DC. LXII. Sacra Congregatio Eminentiffimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, utraque parte audita cenſuit, praedictis Regularibus civitatis Antverpienſis non licere. Signatum I Epifcopus Sabinenſis Card. Sacchetti Praeſes, & C. de Vechius, Ep. Cluſ. S. R. C. Secret. & à latere impreſſum erat ſigillum praefati Cardinalis Praſidis in rubro pane.

Cum autem juxta petentibus non ſint deneganda, & Decreta praefatae Sacrae Congregationis [quantum in nobis eſt] executioni mandare volentes, praefatam ſententiam in tenore ac forma praemiſſis publicandam duximus, & publicamus per praſentes: ac pro ulteriori ejuſdem ſententiae executione, auctoritate praemiſſa nobis commiſſa, mandamus omnibus & ſingulis noſtrae Dioceſis ſubditis, & praſertim hujus civitatis Antverpienſis, ſive Eccleſiaſticis, ſive ſecularibus, cuiſcumque ſtatu ac conditionis extiterint, & quorum intereſt, ſeu quomodo libet intereſſe poterit in futurum, ut praefata ſententia, quantum ipſos concernat, ſe ſe plenarie ac totaliter conforment, nec eidem aſu temerario contraire praſumant; mulieribus quoque puerperis injungimus, ut juxta ſententiam praemiſſam ad Eccleſias ſuas reſpectivè Parochiales pro purificatione ſe conferant, ut ibidem, juxta probatiſſimam Eccleſiae conſuetudinem à proprio Parocho benedicantur, ac purificentur. In quorum omnium ac ſingulorum fidem ac robur, praſentes ſigillo noſtro communitas, & manu noſtra ſignatas, per Graphiarium Curiae noſtrae expedire juſſimus & fecimus: mandantes Primario Curiae noſtrae praefatae, ut in ſignum veritatis & realis executionis praemiſſorum, has noſtras litteras debitis horis & locis per exemplaria debita inſinuet atque aſſigat, prout in ſimilibus fieri conſuevit. Datum Antverpiæ, anno Domini M. DC. LXIII. menſis Novembris die vigefima ſexta.

P. VANDER PERRE, Offic.

De mandato Admodum Reverendi Domini Officialis & Commiſſarii.

Locus & Sigilli.

P. DE HERTOGHE Graph.

TITULUS III.

De Sacramento Confirmationis.

CAPUTI.

Qui confirmandi, & quomodo inſtruen- di; & quo tempore confirmandi?

1. Quae de hoc Sacramento credenda proponat Synodus Tridentina?
2. Hoc Sacramentum variis nominibus olim appellatum fuit.
3. Olim non vocabatur Confirmatio; unde hoc nomen derivatum ſit?
4. Olim recenter baptizatis dabatur Sacramentum Confirmationis.
5. Quomodo, & qua occasione hac diſciplina apud Latinos deſerit?
6. Quare conveniens Eccleſia judicaverit, parvulos non mox à ſuſcepto Baptiſmo confirmare?
7. Baptizati olim non credebantur perfecti Chriſtiani ante Confirmationem.
8. Quae eſt illius ratio; & quare hodie dicatur Chriſtiani Synodi Belgica paſſim requirunt in confirmando aetatem ut minus 7. annorum.
10. Quomodo confirmandi inſtruedi & preparandi?
11. Populus de dignitate, vi, & effectu hujus Sacramenti à Parochis inſtruedus.
12. Pueri confirmandi teſtimonium Parochi adferre debent de ſufficiente inſtructione.
13. Olim hoc Sacramentum conferrebat in Paſchate & Pentecoſte, quod & hodie fieri optavit S. Carolus.
14. Epifcopus egrum non confirmatum in viſere & confirmare debet.
15. Epifcopus Parochos tempore monere debet, quando hoc Sacramentum conferre intendit, & quid hic obſervaverit S. Carolus?

I. Synodus Tridentina Sess. 7. de Confirmatione Can. 1. ait: „Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum
„otioſam ceremoniam eſſe, & non potius verum & pro-
„prium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quam
„catecheſim quamdam, qua adoleſcentiae proximi ſue
„rationem coram Eccleſia exponerent; anathema ſit.

Deinde Can. 2. „Si quis dixerit, injurioſus eſſe Spiritui
„S. eos, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem a-
„Van Eſpen ſer. Eccl. P. II.

„liquam tribuunt: anathema ſit.

Inſuper eadem Sessio De Sacramentis in genere Can. 9. anathema dicit in eum, qui diceret in hoc ſacramento non imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, unde illud iterari non poſſit.

Hac Eccleſiae dogmata contra moſtros & nobis vicinos Haereticos ex partibus & priſtinis Eccleſiae Canonibus aſtracta videri poſſunt apud Theologos, qui ex profeſſo de hac materia contra Haereticos ſcribunt.

II. Illud ſingulariter pro intellectu Canonum notandum, hoc Sacramentum multis diverſisque nominibus olim dictum fuiſſe.

In priſtis apud veteres frequenter vocatur ſimpliciter manus impositio; quia licet in omnibus penè civibus Eccleſiaſticis ferret manus impositio; ſpecialiter tamen huic Sacramento tribuebatur, quod in Actibus Apoſtolorum per manus impositionem eſſet expreſſum. Hoc nomine appellabatur à S. Auguſtino lib. 8. contra Donatiſtas c. 6. Item à S. Ilidoro lib. 2. de Officiis Eccleſ. c. 26. Amalario Fortunato lib. 1. de Officiis Eccleſ. 27.

Dicitur etiam nonnumquam Supercaeleſte Chriſma; ut in Can. 48. Laodiceo, ut dicitur, „Quod oportet eos qui
„illuminantur, poſt Baptiſma inungi ſuper caeleſti Chri-
„mate, & eſſe regni Chriſti participes.

III. Olim hoc Sacramentum frequentius Chriſmatio à Chriſmate, vel etiam manus impositio dicta fuit, quam Confirmationem; quo nomine apud Veteres non occurrit.

Quod indicare videtur Innocentius III. in Cap. unico S. de Sacra Unctione: una indicans unde Confirmationis nomen derivatum ſit. Per frontis chriſmationem ait, manus impositio designatur; quae alio nomine dicitur Confirmationem: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur & robor.

Cui congruit inſtructio ab Eugenio IV. data Armenis, ubi effectum hujus Sacramenti exponens ait: „Effectus hu-
„jus Sacramenti eſt, quòd in eo datur Spiritus Sanctus ad
„robor, ſicut datus eſt Apoſtoliſ in die Pentecoſtes, ut ſci-
„licet Chriſtianus audeat confeſſeatur nomen Chriſti.

IV. Ut verò hic effectus Chriſtianis non deeſſet, forteſque redderentur ad fidem, quam in Baptiſmo profeſſi erant, generoſè ac liberè verbo & opere profitendū, olim in more poſitū fuit, ut baptizati mox accepto Baptiſmo confir-
„maren.

marentur; ut titulo præcedente *cap. 3.* monuimus, & clarè citatus Canon Laodicæus indicat.

Et apud Latinos Tertullianus de Baptismo *cap. 7.* ait: „Exinde egressi de Lavacro perunguntur benedicti à Unctio-
„no de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in Sa-
„cerdotium solebant. . . . De hinc manus imponitur, per
„benedictionem advocans & invitans Spiritum sanctum.

Hujus pristinae disciplinae innumera sunt tum apud Ve-
teres, tum apud Recentiores obvia testimonia; quæ reci-
tat Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium S. Grego-
rii pag. 144. additque, quod hæc durante disciplina non
ungebatur Neophytus in vertice à Presbytero; cum hu-
juscemodi unctio instituta sit ob defectum Episcopi.

Hæc disciplina, scilicet confirmandi Neophytos mox
post datum Baptismum, adhuc hodie servatur in Ecclesia
Græca, uti ex eorum Rituali colligitur, & probat Jacobus
Goar in notis ad Rituale pag. 367. & propterea nec aliam
Christianis unctioem adhibent.

V. Quando disciplina confirmandi Neophytos, sive
Sacramentum Confirmationis una cum Baptismo confe-
rendi in Ecclesia Latina desierit, incertum est.

Admodum verisimile est, quod quamdiu frequens fuit
adultorum Baptismus, etiam hæc perduraverit disciplina.
Nec enim dubium, quin Ecclesia semper optaverit, ut Chri-
stiani in Christi militiam ingressi, spiritualibus armis ad
pugnam instruerentur; & robur spirituale ad pugnan-
dum in hac Christiana militia per Sacramentum Confir-
mationis acciperent.

Hinc in moderno Rituali Romano sub titulo de Baptis-
mo adultorum præscribitur: *Si adfuerit Episcopus qui id legi-
simè præstare possit, ab eo NEOPHYTI Sacramento Con-
firmationis initiantur.*

Dum verò Baptismus adultorum desinere cœpit, atque
solus penè infantium invaluit, ipsum Confirmationis Sa-
cramentum conjungi Baptismi dationi paulatim desit.

VI. Visum enim fuit, latius esse Sacramentum Confir-
mationis differre in eam ætatem, in qua Baptizati ratione
utentes majori cum fructu illud accipere possent; maxime
quia parvulis usum rationis non habentibus nondum cum
hoste pugnandum est: neque, si morte præveniantur, ob e-
jus defectum salutis dispendium incurrunr: cum jam per
Baptismum regenerati peccato originali generatione car-
nali contracto sint liberati.

VII. Sed dicit quis, observat & probat Vir eruditus Ga-
briel Albaspineus Episcopus Aurelianensis lib. 1. *Observ.*
c. 25. quod nemo Christiani nomen olim sortiebatur, ne-
mo Perfectus existimabatur Christianus, qui dono Spiritus
Sancti confirmatus & donatus non esset.

Quod ipsum insinuat Canon 39. Eliberitanus dicens:
„Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum im-
„poni, si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placu-
„it eis manum imponi, & fieri Christianos.

Hic per manum imponi, intelligi Confirmari, multis o-
stendit ad hunc Canonem nominatus Episcopus Aurelia-
nensis, citans etiam Cyrillum Hierosolymitanum *Cateche-
ses*; *Mythologica*, similiter docet, per Confirmationem
Neophytos primum fieri Christianos: Hujus Sancti Chri-
stianis dono accepto, ait, merito appellamini Christiani
„veram efficientes appellationem, in ipsa regeneratione;
„ante enim quam hæc gratia vobis donata esset, non era-
„tis proprie digni eo nomine, sed pergentes eo usque pro-
„gressi estis, ut efficeremini Christiani.

VIII. Ut Verum sit, olim Neophytos seu recenter Ba-
ptizatos nequaquam fuisse dictos Fideles, aut perfectos Chri-
stianos; vel etiam simpliciter, Christianos, priusquam Cõ-
firmationis Sacramentum acceperint; id non propterea
contigit, quod ante Confirmationem non crederentur per
Baptismum verè in Christo regenerati; sed quia ante Sacra-
menti Confirmationis susceptionem nondum omnibus
armis spiritualibus instructi videbantur, quibus Iesu Chri-
sti milites instructos ad prælium oportebat, ideoque sicuti
milites sæculi non habentur pro perfectis militibus quo-
visque armis idoneis sint instructi, ita nec Neophyti illi
perfecti ac veri milites Christi seu Christiani reputaban-

tur; quamvis revera jam essent per Baptismum regenerati
& militia Christi adscripti, imò Christum induissent, &
cum illo surrexissent.

Ad hæc olim dum Confirmatio jungebatur Baptismo
nulla Chrismatio nisi sola Sacramentalis Neophyto im-
pendebatur. Cum verò à Chrismate dicamus, Christiani,
proprie eo nomine appellari ante hanc Chrismationem non
poterant.

Hinc postquam Chrismatio Sacramentalis Baptismo
jungi desit, introducta est Chrismatio ceremonialis, qua
Neophytus non in fonte, sed in vertice à Presbytero Chri-
smate ungitur S. Gregorii pag. 144. Unde hodie Christiani
nunciamur non Chrismatione Sacramentali, qua ab Epis-
copo in fonte ungitur, sed à Chrismatione ceremoniali,
qua immediate post Baptismum in vertice à Presbytero
ungitur sive Chrismamur.

IX. Passim Synodi Belgicæ juxta modernam Ecclesie
disciplinam requirunt, ut confirmandi saltem septennio
sint minores; ut melius (ait Synodus Mechliniensis anno
1609. tit. 4. cap. 4.) suscepti Sacramenti memores esse
possint; nisi extrationabili causa Confirmanti aliud videat-
ur.

Idem passim inculcant alia Synodi; adduntque confor-
miter ad Pontificale Romanum, ut non admittantur ad hoc
Sacramentum, nisi ritè instructi & dispositi.

X. Parochis præcipit Synodus Audomarenſis, ut subdi-
tos suos sedulo moneat, quod pueros suos Confirmationis
Sacramentum nondum insignitos, qui quidem sextum su-
peraverint ætatis annum, ad illud reverenter suscipiende-
dum præparent, doctos orationem Dominicam & Sym-
bolum Apostolorum, quantum fert ætas atque capacitas,
„jejunios si permittat valetudo, confessione expiatis fidei
„sint capaces, corporis habitu & capite imprimis mundos.

Id ipsum omnes Synodi uno consensu inculcãt, monet-
que S. Carolus in suis Instructionibus de Confirmatione p.
420. edit. 1683. „Illud verò maxime hortabitur (Parochus)
„ut cum hoc Sacramento Spiritus Sancti gratia uberimè
„conferatur, ad eam consequendam se jejunius, elemosy-
„na qui per facultates possunt, aliisque pietatis officiis &
„operibus parentat; imprimis frequentiori & audentiori
„religiosæ orationis studio devotè se exerceant, exemplo
„SS. Apostolorum; qui dum expectarent Spiritum San-
„ctum, perseverantes erant in oratione & jejunio.

XI. Ut verò Fideles sint de hoc Sacramento amplius in-
structi; ac convenientem ideam concipient, præcipitur Pa-
rochis, ut de dignitate, vi, & effectu hujus Sacramenti
„subditos suos sæpe diligenterque instruant, maxime sub
„id temporis, quo illud Episcopus in iis locis administra-
„tus est. Ita Synodus Mechl. P. II. tit. 4. c. 1. id ipsum
alia Synodi similiter inculcãt; monetque Synodus Bul-
coducensis sub M. s. tit. 4. c. 9. ut id præter præsertim in
„festis Pentecostes; & quodcumque Episcopum ad ipso-
rum loca venturum esse audiunt.

Dum Parochi populum de hisce instruere volent, meri-
tò legent jam citatas Instructiones S. Caroli, in quibus præ
& fuscè ejus effectus & dignitas, aliæque eo pertinentia ex-
plicatur.

XII. Ut confirmandorum curam rectè gerere possint
Parochi, multum conferunt Episcopi, qui neminem confir-
mare volunt, nisi qui testimonium à suo Parocho attu-
lerit; quemadmodum edito Decreto 6. Febr. 1681. decla-
ravit Alphonſus de Berges Archiepiscopus Mechliniensis.

XIII. Quamdiu hoc Sacramentum ipsi Baptismo quo-
dammodo conjunctum fuit, etiam non nisi in Paschate &
Pentecoste, scelus à necessitate, cõferebatur; & licet mutata
disciplina, Episcopo liberè sit etiam alio tempore hoc Sa-
cramentum conferre, tamen monet meritò S. Carolus in
suo Concilio IV. p. 2. titulo de Sacramento Confirmationis
„ne statim PENTECOSTES solemnitate id præstare præ-
„termittant; ad, ungitque in concilio V. eodem titulo, ut
„non solum sacris solemnibus Pentecostes diebus, sed e-
„tiam (si ita civitatis suæ ingens frequentia, multitudine
„que postularit) & Paschæ Resurrectionis tempore

„& in adventu sacro Domini, & quoties visitationem
„obicit Sacramentum Confirmationis ministret; & ob
„eam causam, ut Concilio Provinciali quarto cautum
„fuit, administrandum sæpe accurret, quibus in locis
„Diocesis opus erit.

XIV. Post hæc monet: „Quòd si quis cum periculose
„ægrota se chrismatum Sacramento confirmatum non
„esse meminerit, ac propterea id sibi ministrari petat;
„tunc Episcopus, si eo loci est ubi ille ægrota, ut ne si-
„ne hoc Sacramento discedat, cum charitate paterna in-
„visat, & ritè confirmet.

Insuper in suis Instructionibus inter cetera à Parochis
circa hoc Sacramentum observanda præcipit: „Ægrotos
„præterea nondum confirmatos designabit, eosque Archie-
„piscopo denuntiabit, ut ne ingravescente morbo, sine
„hoc Sacramento discedat.

Ex his constat, quam ideam de fructu hujus Sacra-
menti conceperit hic zelosissimus Archi-Præsul; quam-
que sollicitus esse debere Episcopos ostenderit, ut nemo
hoc Sacramento desitueretur.

XV. Volunt quoque Synodi, ut Episcopus Sacramen-
tum hoc administraturus, diebus aliquot ante moneat Pa-
rochos, ut populum interea pro ejus digna susceptione di-
sponere & specialiter instruere valeant; voluitque S. Caro-
lus, eum in finem ab Episcopo Litteras Pastorales ad Pa-
rochos dandas; è quibus ipsi, quæ potissimum in iis in-
cumbant, haurire queant; ealque populo publice prælegant:
ita habetur in Concilio Mediolanensi IV. parte 3. tit. de
„visitatione: & in Instructionibus præcipit [merito ab om-
„nibus Parochis emulandum] „Paucis ante ministratio-
„nem diebus, Parochus, in cujus Parochia hujus Sacra-
„menti ministratio indicitur, primò orationem publicam
„instituet; ut sui divinæ gratiæ dona uberimè recipiant.

CAPUT II.

De Ministro Confirmationis & de
Chriſmate.

1. Primis sæculis solos Episcopos fuisse ministros Confirma-
tionis male astruuntur ex epistola Eusebii Papæ.
2. Probatur testimonio Innocentii I.
3. Presbyteri apud Græcos etiam hodie hoc Sacramentum
administrent; neque hanc disciplinam Ecclesia Ro-
mana improbat.
4. An eam Innocentius III. improbaverit.
5. Etiam in Ecclesia Latina Presbyteri dispensatoriè
administrare possunt.
6. Neque contrarium asseruit Eugenius IV. aut deservit
Synodus Tridentina.
7. Seposita reservatione positivè posset Presbyter confir-
mare.
8. Disciplina qua solis Episcopis dat auctoritatem con-
firmandi occasione dedit se jungendi Confirmationem
à Baptismo.
9. Episcopi curare debent ne quis ex eorum negligentia
sine hoc Sacramento discedat.
10. Incommoda ex hujus Sacramenti dilatione nata sequi.
11. Chrismatis benedictio soli Episcopo competit.
12. Primus Episcopus omni tempore Chrisma conficere
poterat.
13. Quandoque invaluerit ut in Cena Domini Chrisma
esset conficiendum?
14. Olim Presbyteri à suis Episcopis Chrisma accipiebant.
15. Hodie singulis annis, secus olim Chrisma renovandum.
16. Quomodo hodie ex præscripto Synodorum Chrisma ac-
cipiatur: & renovari debeat.
17. Aliquando Archiepiscopi Chrisma distribuabant; &
in illius distributione pecuniam exigebant.

ISolum Episcopum hujus Sacramenti ministrum esse,
nec ab aliis quàm ab Apostolis eorumque successoribus
Episcopis unquam peractum fuisse, aut administrari
posse, claris testimoniis declarat Epistola, quæ sub no-
mine Eusebii Papæ refertur apud Gratianum *Dyst. 5. de
Van Espeu sui Eccles. P. II.*

„Consecr. Can. 4. „Manus quoque impositionis Sacramentum
„magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici
„non potest, nisi à summis Sacerdotibus, nec tempore A-
„postolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut
„scitur peractum esse: nec ab aliis quàm ab illis, qui eorū
„tenent locum, unquam perfici poterat, aut fieri debet. Nam
„si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum,
„& inter Ecclesiastica nunquam reputabitur Sacramenta.

Verum notunt hodie eruditi, quàm exigua sit hujus ac-
tuarum aliarum Epistolarum, quæ sub nomine hujus
Pontificis extant, fides; de quibus in nota marginali ad
earum primam intrepidè pronuntiat Labbeus: *Constituta ac
spuria omnes*: & deinde de hac, quæ ordine tertia est, no-
tat: *Tota Constituta est.*

II. Hoc ergo testimonio prætermisso, aliud habetur, li-
cet non nihil posterius, certius tamen, à mirum Innocentii
I. in Epistola ad Decentium *cap. 3.* „De consignandis verò
„infantibus manifestum est, non ab alio quàm ab Episcopo
„fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontifi-
„catus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontifici-
„bus solis debent, ut vel consignent, vel Paracletum Spi-
„ritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica de-
„monstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum quæ
„asserit Petrum & Joannem esse directos, qui jam bapti-
„zatis traierunt Spiritum sanctum.

Hoc Innocentii testimonio utuntur communiter Au-
ctores de officiis Ecclesiasticis scribentes, ut probent Epi-
scopum esse hujus Sacramenti ministrum.

Nequaquam tamen hinc inferre licet, Episcopum ita
esse à Christo designatum ministrum, ut ea potest. a nullo
calu inferioribus Presbyteris communicari possit.

III. Nam Græci non tantum olim, sed etiam hodie eam
auctoritatem in Presbyteris agnoscunt; hique baptizatis
Chrismate in fronte consignant; eamque praxim Eccle-
siam Latinam non improbare, ex iis quæ in Concilio Flo-
rentino acta sunt non obscurum est.

In hujus quippe Concilii conclusione Eugenius IV. in-
ter alias quaestiones hanc ordine sextam Græcis proposuit:
*Quare Pontifices non ungerent sacro chrismate, sed Sa-
cerdotes; cum hoc Pontificibus sit datum?* Et statim subdi-
tur in textu: *Hæc a Latinis objecta Myrtiline; si canonicè
omnia, legitimeque dissolvit.*

Hinc patet, quod etiam tempore hujus Concilii, Græci
Sacerdotes confirmarent. Secundo, quod super ea praxi di-
sputatam fuerit. Tertio, quod Græci suæ disciplinæ cano-
nicas rationes dederint; atque Latinorum argumentis sa-
tisfecerint. Quarto quod Eugenium IV. alique Latini Epi-
scopi acceperint; nec Græcos ad aliter confirmandum
adegerint; neque de nullitate Confirmationis sic collatæ
serupulum moverint.

IV. Contrarium prorsus his videtur responsum Inno-
centii III. in *cap. 4.* de consuetudine, ubi eam praxim Græ-
corum omnino improbare videtur; atque confirmatio-
nem à Presbyteris etiam Constantinopoli collatam pro in-
valida habere.

Verum omnis difficultas evanescet, si consulatur ipsa
Decretalis Innocentii prout extat in tertia Decretalium
collectione apud Antonium Augustinum; è qua eam de-
sumpsit Raymundus omisâ particulâ Latinis ad vocem
Presbyteris; quæ ostendit, Innocentium tantum respon-
disse de Presbyteris Latinis Constantinopoli agentibus;
quibus præcipit, ut consuetudinem Ecclesie Latinæ se-
quantur. Hic obiter notent Canonistæ, quàm utile, imò
necessarium sit, interdum ad veteres Decretalium colle-
ctiones habere recursum; uti monui & pluribus ostendi
in commentario ad Canones parte 8. cap. 3. § 4. & 5.

V. Ceterum tamen si disciplina Ecclesie Latinæ habeat,
ut soli Episcopi hoc Sacramentum administrent, quin ta-
men Presbyteri subinde extraordinariè & absente Episco-
po dispensatoriè id ministeriū exercere queant, evidentè
jam pridem probavit S. Gregorius.

Scriptit ipse Episcopo Calaritano in Sardinia *l. 3. Epist. 9*
„Presbyteri baptizatos infantes signate sacro in frontibus
D d 2 „chris.